

Commune Dedicatōis Ecclesie.

sed tum præcipue, cum mulierum certamina proponuntur. Quamto enim infirmus est vas, tanto major est gratia, tanto illustrius est trophæum, tanto insignior est victōria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: **S.** Et deducet te mirabiliter dextera tua. **R.** Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Per mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telum erat: hoc illius nunc cædis factum est instrumentum, hoc vas apparatus insuperabile. Peccavit illa prior, & mortua est; ista mortua est, ne peccaret. Illa tum futilis promissi spe inflata, Dei leges violavit; hæc vitam presentem contempsit, ne fidem in suam beneficiorem ejuraret. Quam igitur deinceps sperare poterunt excusationem viri, si molles sint, & ignavi? quam verò veniam, cum fortiter ac viriliter se gerant mulieres, cum adeo te generose ad certamina pietatis accineant?

R. Dilixisti justitiam, &

odisti iniquitatem: **R.** Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **R.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Fuit illi corpus imbecillum, & obnoxius sexus infirmitate; veritatem omnium horum imbecillitatem adveniens gratia occultavit. Nihil enim est, nihil planè potentius est eo, qui magno cum studio Dei timorem habeat in mente defixum, sed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis bestias, quamvis aliud quidvis ninentur hostes, omnia nullo negotio contemnit: quod tunc beata ista etiam fecit.

R. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: **S.** Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. **R.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. **Mulier. Gloria Patri. Mulier.**

COMMUNE

Dedicatōis Ecclesie.

Ad Vesperas, Antiphona,
Domum tuam Domine,
cum reliquis de Laudibus. cxxxj. **Psalmus Dixit Dominus cum reliquis de Dominica. 133. & loco ultimi, Psalmus L. aude Jerusalem.**

Capitulum

In Dedicatōe Ecclesie.

Capitulum. **Apoç. 21.**
Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de celo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.

Hymnus.

Cælestis Urbs Jerusalem, Beata pacis visio, Quæ celsi de viventibus Saxis ad astra tolleris, Sponsæque ritu cingris Mille Angelorum millibus. **O** sorte purta prospera, Dorita Parris gloria, Respèrsa Sponsi gratia, Regina formosissima, Christo jugata Principi, Cæli corusca Civitas.

Hic margaritis emicant, Patenteque cunctis orna, Virtute namque prævia, Mortalis illuc ducitur, Amore Christi periculis Tormenta qui quis sustinet. Scilpiti salubris icibus, Et tonsione plurima, Fabri polita malleo Hanc saxa molem construunt,

Aprisque juncta nexibus Locantur in fastigio. **O**cus Parenti debitum Sit usquequaque Altissimo, Natòque Parris Unico, Et inlytro Paraclyto, Cui laus, potestas, gloria, Æterna sit per secula. Amen. **R.** Hæc est domus Domini firmiter edificata. **R.** Benefundata est supra firmam petram.

Part Autumnalis.

Ad Magnificat. Antiphona.
Sanctificavit Dominus tabernaculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

In ipso die Dedicatōis Ecclesie, & per Octavam, & quando varianda est Oratio ob concursum Dedicatōis alterius Ecclesie.

Oratio.

Deus, qui invisibiliter omnia contines, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentie visibiliter ostendis, templum hoc potentia tuæ in habitationis illius. & concede: ut omnes, qui huc deprecaturum conveniunt, ex quantum tribulatione à te clamaverint, consolationis tuæ beneficia consequantur. **Per Dominum.**

In Anniversario Dedicatōis Ecclesie, & per Octavam.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis representas incolumes: exaudi per ces populi tui, & presta: ut quisquis hoc templum beneficis petrius ingrediatur, cuncta se imprecrasse lætetur. **Per Dominum nostrum.**

84

Ad Maturinum, Invitacion.
Domum Dei decet sancti-
 tudo: * Sponsus ejus Chris-
 tum adoramus in ea. **Psalmus**
Venite, exultemus. 2.
Hymnus Cælestis Urbs, ut
 supra. **cxj.**
In primo Nocturno, Antiph.
 Tollite portas principes vestras,
 & elevamini portæ
 æternales.

Psalmus 25.

Domini est terra, &
 plenitudo ejus, * or-
 bis terrarum, & uni-
 versi, qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fun-
 davit eam: * & super flû-
 mina præparavit eam.
Quis ascendet in montem
 Domini? * aut quis stabit
 in loco sancto ejus?
Inocens manibus & munda
 corde, * qui non accepit
 in vano animam suam, nec
 juravit in dolo próximo
 suo.
Hic accipiet benedictionem
 à Domino: * & misericor-
 diam à Deo salutari suo.
Hæc est generatio quarerum
 eum, * quarerunt
 faciem Dei Jacob.
Attollite portas principes
 vestras, & elevamini portæ
 æternales: * & introibit rex
 glória.
Quis est iste rex glória? *
 Dominus fortis & potens,
 Dominus potens in prælio.
Attollite portas principes
 vestras, & elevamini portæ

æternales: * & introibit rex
 glória.

Quis est iste rex glória? *
 Dominus virtutum ipse est
 rex glória.

Antiphona. Tollite portas
 principes vestras, & elevamini
 portæ æternales.

Antiphona. Erit mihi Dó-
 minus in Deum, & lapis
 iste vocabitur domus Dei.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, &
 virtus: * adjutor in
 tribulationibus, quæ inven-
 nerunt nos nimis.

Propterea non timemus
 dum turbabitur terra: * &
 transferentur montes in cor-
 maris.

Sonuerunt, & turbate sunt
 aquæ cœrum; * conturbati
 sunt montes in fortitudine
 ejus.

Flûminis impetus lætificat
 civitatem Dei: * sanctifica-
 vit tabernaculum suum Altis-
 simus.

Deus in medio ejus, non
 commovebitur: * adju-
 vabit eam Deus manû di-
 lictulo.

Conturbate sunt gentes, &
 inclinata sunt regna: * de-
 dit vocem suam, mota est
 terra.

Dominus virtutum nobis-
 cum: * susceptor noster
 Deus Jacob.

Venite, & videte opera
 Domini, quæ posuit princi-
 dia super terram: * au-

15

ferens bella usque ad finem
 terræ.

Arcum cõteret, & con-
 fringeret arma: * & scuta
 comburi igni:

Vacate, & videte quoniam
 ego sum Deus: * exaltabor
 in gentibus, & exaltabor in
 terra.

Dominus virtutum nobis-
 cum: * susceptor noster
 Deus Jacob.

Antiphona. Erit mihi Dó-
 minus in Deum, & lapis
 iste vocabitur domus Dei.

Antiphona. Edificavit Moy-
 ses altare Dómino Deo.

Psalmus 47.

Magnus Dominus, &
 laudabilis nimis: * in
 civitate Dei nostri, in monte
 sancto ejus.

Fundatur exultatione uni-
 versa terre mons Sion, *
 lætera Aquilonis, civitas
 Regis magni.

Deus in domibus ejus cog-
 noscetur, * cum suscipiet
 eam.

Quoniam ecce reges terræ
 congregati sunt: * conve-
 nerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati
 sunt, conturbati sunt, com-
 moti sunt: * tremor apprehendit
 eos.

Ibi dolores ut parturien-
 tis, * in spiritu vehementi
 cõteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidi-
 mus in civitate Domini vir-
 tutum, in civitate Dei nos-

tri: * Deus fundavit eam
 in æternum.

Suscipimus Deus misericor-
 diam tuam, * in medio
 templi tui.

Secundum nomen tuum
 Deus, sic & laus tua in fines
 terræ: * justitia plena
 est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & ex-
 ultent filie Judæ, * pro-
 pter judicia tua Dómine.

Circumdate Sion, & com-
 plectimini eam: * narrate
 in turribus ejus.

Ponite corda vestra in vir-
 tute ejus: * & distribuite
 domos ejus: * ut enarretis in
 progenie altera.

Quoniam hic est Deus,
 Deus noster in æternum,
 & in sæculum sæculi: *
 ipse reget nos in sæcula.

Antiphona. Edificavit Moy-
 ses altare Dómino Deo.

V. Domum tuam Dómine
 decet sanctitudo. **R.** In lon-
 gitudinem dierum. **V.** Inter
 nos. **Absolutio.** Exaudi
 Dómine. **V.** Jube domine.

Benedict. Benedictione per-
 penna.

De libro secundo Paralip-
 pomon.

Lectio i.

Cap. 7.

Cum complisset Salo-
 mon fundens preces,
 ignis descendit de cæ-
 lo, & devoravit holocausta
 & victimas: & majestas
 Domini implevit domum.
 Nec poterant sacerdotes in-

f 2

gre

gredi templum Dōmini, eō quōd implesset majestas Dōmini templum Dōmini. Sed & omnes filii Israel videbant descendētem ignem, & gloriā Dōmini super domum : & corruentes prout in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt, & laudaverunt Dōminum : Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Rex autem & omnis pōpulus immolabant victimas, coram Dōmino. Maclāvit igitur rex Salomon hōstias, bouum viginti duo millia, arietum centum viginti millia : & dedicāvit domum Dei rex, & univērus pōpulus.

¶ In d. dicatione templi deantabāt pōpulus laudem : **¶** Et in ore eōrum dulcis resonābat sonus. **¶** Fundata est domus Dōmini supra vērtem mōntium, & veniēt ad eam omnes Gentes. Et in. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Sacerdotes autem stabant in officiis suis : & Levites in organis cāminum Dōmini, quæ fecit David rex ad laudandum Dōminum, quoniam in ætēnum misericordia ejus, hymnos David canētes per manus suas : porō sacerdotes canēbant tubis ante eos, cunc-

tisque Israël stabat. Sanctificāvit quoque Salomon mēdiū atrii ante templum Dōmini : obtulerat enim ibi holocausta & adipēs pacificōrum : quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipēs. Fecit ergo Salomon solemnitatē in tempore illo septem diebus, & omnis Israël cum eo, Ecclesia magna valde, ab intrōitu Emath usque ad Tōrentem Ægypti. Fecitque die octavo collēctam, eō quōd dedicasset aliare septem diebus, & solemnitatē celebrasset diebus septem.

¶ Fundata est domus Dōmini supra vērtem mōntium, & exaltata est super omnes colles : **¶** Et veniēt ad eam omnes Gentes, & dicent, Glōria tibi Dōmine. **¶** Venientes autem veniēt cum exultatione, portantes manipulos suos. Et veniēt. **Benedictio.** Spiritus sancti grātia.

Lectio iij.

Complevitque Salomon domum Dōmini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, ut faceret in domo Dōmini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei Dōminus nocte, & ait : Audiivi orationem tuam, & elegi locum istum ibi in domum sacrificii. **¶**

Si clāusero celum, & pluvia non fluxerit, & mandāvero & præcepero locustas, ut devoret terram, & misero pestilentiam in pōpulum meum : conversus autem pōpulus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecāns me fuerit, & exquisierit faciē meam, & eperit penitentiam a vis suis pessimis : & ego exaudiam de celo, & propitius ero peccatis eōrum, & sanābo terram eōrum, & sanābo quoque mei erunt aperti, & aures meæ erēctæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit. Elegi enim & sanctificāvi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permāneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

¶ Benedic Dōmine domum istam, quā edificāvi nomini tuo, venientium in loco isto : **¶** Exaudi preces in excelso solio glōriae tuæ. **¶** Dōmine, si conversus fuerit pōpulus tuus, & oraverit ad sanctuārium tuum. Exaudi. Glōria Patri. Exaudi.

In secundo Nocturno, Ant. Non est hīc aliud, nisi domus Dei, & porta celi.

Psalmus 73.

Quam dilecta tabernacula tua Dōmine virtutum : **¶** concupiscit, & deficit anima mea in atriā Dōmini.

Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Et enim passer invēnit sibi domum : **¶** & turtur nidam sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Dōmine virtutum : **¶** Rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Dōmine : **¶** in seculum seculorum laudābunt te.

Beatus vir, cuius est auxiliium abs te : **¶** ascensionēs in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Et enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem : **¶** videbitur Deus eōrum in Sion.

Dōmine Deus virtutum exaudi orationem meam : **¶** auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus : **¶** & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis **¶** super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei : **¶** magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus : **¶** grātia & glōriam dabit Dōminus.

Non privabit bonis eos qui ambulat in innocentia : **¶** Dōmine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Ana. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta caeli.

Antiphona. Vidit Jacob scalam, summitas ejus caelos tangēbat, & descendentes Angelos, & dixit: Vere locus iste sanctus est.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei. **M**emor ero Rahab, & Babylonis * scientium me. **E**cce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: * & ipsa: fundavit eam Altissimus?

Dñs narrabit in scripturis populorum, & principum: * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut latantium omnium: * habitatio est in te.

Antiphona. Vidit Jacob scalam, summitas ejus caelos tangēbat, & descendentes Angelos, & dixit: Vere locus iste sanctus est.

Antiphona. Erēx Jacob lapidem in titulum, fundens oleum desuper.

Psalmus 87.

Domine Deus salutaris mea: * in die clamavi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam:

Quia repleta est malis anima mea: * & vita mea inferno appropinquavit.

Astimatus sum cum descendētibz in lacum: * factus sum sicut mortuus sine adiutorio, inter mortuos liber,

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longē fecisti notos meos a me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebatur: * oculi mei languerunt pro inopia.

Clamavi ad te Dñe tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici suscitabant, & confitebantur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, * & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua: * & iustitia tua in terra oblivionis?

Et

Et ego ad te Dñe clamavi: * & manē oratio mea praeveniet te.

Ut quid Dñe repellis orationem meam: * avertis faciem tuam a me.

Pauper sum ego, & in laboribus a juventute mea: * exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

In me transierunt ira tua: * & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die: * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum & proximum: * & notos meos a miseria.

Antiphona. Erēx Jacob lapidem in titulum, fundens oleum desuper. **D**omus mea. **R.** Domus orationis vocabitur. **P**ater noster.

Absoluit. **I**psius pietas. **X.** Jube domne. **B**enedictio. **D**eus Pater omnipotens.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Sermō 252. de Tempore. **L**ectio iv.

Quotiescūque, fratres charissimi, altaris vel templi festivitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sancte ac iuste vivimus, quidquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali edificatione completur. Non enim mentitus

est ille qui dixit: Templum enim Dñi sanctum est, quod estis vos: & iterum: Nesceitis, quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est: Et ideo, fratres charissimi, quia nullis precedētibz meritis fieri gratiam Dei meruimus, quantum possumus cum ipius adiutorio laborēmus, in Dñm noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inveniat quod oculis suæ majestatis offēdat.

R. Orantibus in loco isto, * Dimitte peccata populi tui Deus, & ostēde eis viam bonam, per quam ambulent, & da gloriam in loco isto.

X. Qui regis Israel intendē, qui deditis velut ovem Joseph, qui sedes super Chnribim. **D**imitte. **B**enedictio. **C**hristus perpetuus.

Lectio v.

Sed habitaculum cordis nostri evacuatur vitis, & virtutibus repletur: claudatur diabolo, & aperitur Christo: & ita laborēmus, ut nobis bonorum operum clavibus janua regni cælestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus, quasi quibusdam seris ac vectibus, vitæ nobis janua clauditur: ita absque diaboli bonis operibus aperitur. Et ideo, fratres charissimi, unusquisque consideret conscientiam

suam, & quando se aliquo crimine vulneratum esse cognoverit, prius orationibus, jejuniis, vel elemosinis studeat mundare conscientiam suam, & sic Eucharistiam prasumat accipere.

R. O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. **V.** Hæc est domus Dòmini firmiter edificata, bene fundata est supra firmam petram. Verè. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

SI enim agnoscens reatum suum ipse se à divino altarì subtraxerit, citò ad indulgentiam divinæ misericordiæ perveniet. Quia sicut, qui se exaltat, humiliabitur: ita & contrariò, qui se humiliat, exaltabitur. Qui enim, sicut dixi, agnoscens reatum suum, ipse se humiliter ab altari Ecclesiæ pro emendatione vite removere voluerit, ab æterno illo & cælesti convivio excommunicari penitus non timebit.

R. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Dòmino: Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **V.** Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè. **Gloria Patri.** Verè.

In tertio Nocturno, Antìph.

Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

Quando hæc Antiphona dicitur integra, & illi non additur, in fine Alleluia, tunc principium Psalmi est à secundo Versu. Dicit Dòmino.

Psalmus 90.

QUI habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicit Dòmino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in cum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scâpulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: * ab incursu, & demònio meretricio.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquant.

Verumtamen oculis tuis considerabis: * & retributionem peccatorum videbis. **Q**uoniam tu es Dòmine spes mea: * altissimum posuisti refugium tuum.

Non

In Dedicatōne Ecclesiæ.

Non accedet ad te malum: * & flagellum non appropinquet tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis: * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: * & ostendam illi salutarem meum.

Antiphona. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

Antiphona. Templum Dòmini sanctum est, Dei structura est, Dei edificatio est.

Psalmus 94.

Cantate Dòmino canticum novum: * cantate Dòmino omnis terra.

Cantate Dòmino, & benedicite nòmini ejus: * annuntiate de die in diem salutarem ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus: * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dòminus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos. **Q**uoniam omnes dii Gentium demonia: * Dòminus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferre Dòmino patriæ Gentium, afferre Dòmino gloriam & honorem: * afferre Dòmino gloriam nòmini ejus.

Tollite hostias, & introferte in atria ejus: * adorare Dòminum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus univèrsa terra: * dicite in Gentibus quia Dòminus regnavit.

Et enim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: * judicabit populos in aequitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenebunt campi: * gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie Dòmini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in aequitate, * & populos in veritate sua.

Antiphona. Templum Dòmini sanctum est, Dei structura est, Dei edificatio est.

f s **Ant.**

Antiphona. Benedicta gloria Domini de loco sancto suo, alleluia.

Psalmus 28.

Domini regnavit, irascantur populi: * qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Domini in Sion magnus: * & excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile & sanctum est, * & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti direcciones: * iudicium & iustitiam in Jacob tu fecisti.

Balate Dominum Deum nostrum, & adorare scabellum pedum eius: * quoniam sanctum est.

Moses & Aaron in sacerdotibus eius: * & Samuel inter eos, qui invocant nomen eius.

Invocabant Dominum, & ipse exaudivat eos: * in columna nubis loquebatur ad eos.

Quis odiebant testimonia eius, * & preceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudivas eos: * Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventioes eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorare in monte sancto eius: * quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Antiphona. Benedicta gloria Domini, de loco sancto suo, alleluia. * Hæc est domus Domini firmiter edificata. * Bene fundata est supra firmam petram. Pater noster. Absolutio. Avinculis. * Jube domne.

Benedictio. Evangelica lectio. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 19.

In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 8. in Luc. prope finem.

Zachus statura pusillus, hoc est, nulla nobis iracis ingenite dignitate sublimis, exiguis meritis sicut populus nationum, audito Domini Salvatoris adventu, quem sui non receperant, videtur cupiebat. Sed nemo facile Jesum videre constitutus in terra. Et quia non Prophetas, non legem habebat, tanquam forme gratiam naturalis, ascendit in sycomorū, vanitatem scilicet Judæorum vestigio suo protegens, erratis quoque corrigens superioris ætatis: & ideo Jesum in interioris domus recepit hospitiū.

Do-

Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus; in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit: * Et pulsanti aperietur. * Petite, & accipietis: quærite, & invenietis. Et pulsanti. **Benedictio.** Divinum auxilium.

Lectio viij.

Et bene ascendit in arborem, ut arbor bona bonos fructus faceret, ac naturali excisus oleastro, & contra naturam insertus in bonam olivam, fructum posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles: quorum infructuosam gloriam plebs Gentium fide resurrectionis, quasi quadam corporis elevatione transcendit. Zachæus ergo in sycomoro, cæcus in via: quorum alterum Dominus miseraturus expectat, alterum mansionis suæ claritate nobilitat: alterum sanaturus interrogat, apud alterum se non invitatus invitat. Sciebat enim uberem hospitii sui esse mercedem. Sed tamen, etsi nondum vocem invitantis audierat, jam viderat affectum.

* Lápides pretiosos omnes muri tui: * Et turres Jerusalem gemmis edificabuntur. * Porte Jerusalem ex sapphiro & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus muri ejus.

Et turres. Glória Patri. Et turres. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Verum ne cæcum illum tanquam fastidiosum pauperum cito reliquisse videamur, & transisse ad divitem, expectemus eum, quia expectavit & Dominus: interrogemus eum, quia interrogavit & Christus. Nos interrogemus, quia nescimus ille, quia noverat. Nos interrogemus, ut sciamus unde iste curatus sit: ille interrogavit, ut in uno plures disceremus, unde Dominum videre mereamur. Interrogavit enim, ut crederemus, neminem nisi constantem posse salvari.

Te Deum laudamus. 17.

AD LAUDES.

& per. Horas, **Antiphona.**

Domum tuam Domine decet sanctitudo, in longitudinem dierum. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis 8.

Antiphona.

Domus mea, domus orationis vocabitur. **Antiphona.** Hæc est domus Domini firmiter edificata, bene fundata est supra firmam petram. **Antiphona.** Bene fundata est domus Domini supra firmam petram.

Antiphona. Lápides pretiosos omnes muri tui, & turres Jerusalem gemmis edificabuntur.

f 6

Ca-

Capitulum. Apoc. 21.
Vidi civitatem sanctam
 Jerusalem novam descen-
 dentem de celo a Deo,
 paratam sicut sponsam or-
 natam viro suo.

Hymnus.

Alto ex Olympi vertice
 Sukami Parentis Filius,
 Ceu monte descens lapis
 Terras in imas decidens,
 Domus superne, & infima,
 Uruique junxit angulum.
 Sed illa sedes Cœlitum
 Semper resultat laudibus,
 Deumque Trinum & Uni-
 cum.

Jugi canore prædicat:
 Illi canentes jungimur
 Alme Sionis amuli.
Hæc templa, Rex Cœlestium,
 Imple benigno lumine:
 Huc ô rogatus adventi,
 Plebisque vota suscipe,
 Et nostra corda iugiter
 Perfunde cœli grãtia.
Hic impetrent Fideiium
 Voces precësque supplicum
 Domus beata mûnera,
 Parisque donis gaudeant,
 Donec soluti corpore,
 Sedes beatas implcant.

Decus Parenti debitum
 Sit usquequæque altissimo,
 Natorque Paris Unico,
 Et inchoy Paraclyto,
 Cui laus, potestas, glória
 Eterna sit per sæcula. Amen.
Hæc est domus Domini
 firmiter edificata. **R.** Bene
 fundata est supra firmam petram.

Ad Benedictus, Antiphona.
 Zachæ, festinans descende,
 quia hodie in domo tua
 oportet me manere: at ille
 festinans descendit, & sus-
 cepit illum gaudens in do-
 mum suam. Hódie huic dó-
 mini salus a Deo facta est,
 alleluia.

**In ipso die Dedicatiōis
 Ecclesiæ, & per Octavam, &**
 quando varianda est Oratio
 ob concursus Dedicatiōis
 alterius Ecclesiæ.

Oratio.

DEus, qui invisibiliter
 omnia cõntines, & tam-
 en pro salute generis hu-
 mani signa tue potentie vi-
 sibiliter ostendis: Templum
 hoc potentia tue inhabitati-
 onis illustra, & concede;
 ut omnes, qui huc depre-
 cari conveniunt, ex qua-
 cumque tribulatione ad te
 clamaverint, consolatiõis
 tue beneficia consequantur.
 Per Dñm nostrum.

**In Anniversario Dedicati-
 onis Ecclesiæ, & per Octavam.**

Oratio.

DEus, qui nobis per sín-
 gulos annos huius sanc-
 ti tempus tui consecrati-
 onis rep. ras diem, & sacris
 semper mysteriis represen-
 tas incolumes: exaudi pre-
 ces populi tui, & presta;
 ut quisquis hoc templum
 beneficia petiturus ingreditur,
 cuncta se impetrasse
 lætetur. Per Dñm nostrum.

Ad

Ad Tertiam, Antiphona.
 Domus mea. **Capitulum Vi-
 di civitatem, ut supr. cxxxij.**
R. breve. Domum tuam
 Domine, * Decet sancti-
 do. Domum. **V.** In longi-
 tudinem dierum. Decet. Gló-
 ria Patri. Domum. **V.** Lo-
 cus iste sanctus est, in quo
 orat sacerdos. **R.** Pro delictis
 & peccatis populi.

Ad Sextam, Antiphona.
 Hæc est Domus Domini.

Capitulum. Apoc. 21.

ET audivi vocem mag-
 nam de throno dicen-
 tem: Ecce tabernaculum
 Dei cum hominibus, & ha-
 bitabit cum eis. Et ipsi pò-
 pulus ejus erunt, & ipse Deus
 cum eis erit eorum Deus.

R. breve. Locus iste sanctus
 est, in quo orat sacerdos.
 Locus. **V.** Pro delictis &
 peccatis populi. In quo.
 Glória Patri. Locus. **V.** Hæc
 est domus Domini firmi-
 ter edificata. **R.** Bene fun-
 data est supra firmam petram.

Ad Nonam, Antiphona.

Lapides pretiosi.

Capitulum. Apoc. 21. b

ET abstergit Deus om-
 nem lacrymam ab ocu-
 lis eorum: & mors ultra
 non erit, neque luctus, ne-
 que clamor, neque dolor
 erit ultra, quia prima abi-
 erunt. Et dixit qui sedebat
 in throno: Ecce nova fá-
 cio omnia.

R. breve. Hæc est domus
 Domini, * Firmiter edifi-
 cata. Hæc est. **V.** Bene fun-
 data est supra firmam petram.
 Firmiter edificata.
 Glória Patri. Hæc est.
V. Bene fundata est domus
 Domini. **R.** Supra firmam
 petram.

**In secundis Vesperis, An-
 tiphone, Psalmi, Capitu-
 lum & Hymnus ut in pri-
 mis Vesperis. crx.**
V. Domum tuam Domine
 decet sanctificatio. **R.** In longi-
 tudinem dierum.

Ad Magnificat, Antiphona.
 O quam mentendus est lo-
 cus iste! verè non est hic
 aliud, nisi domus Dei, &
 porta cœli.

SECUNDA DIE

Infra Octavam.

**In primo Nocturno Je-
 guntur Lectiões de Scrip-
 tura occurrente.**

In secundo Nocturno.
 Ex Tractatu sancti Augustini
 Episcopi super Psalmos.

In Psalm. 122.

Lectio iv.

Jerusalem, quæ edificat-
 tur ut civitas. Fratres,
 quando dicebat ista Da-
 vid, perfecta erat illa civi-
 tas, non edificabatur. Nes-
 cio quam ergo civitatem di-
 cit, quæ modo edificatur,
 ad quam currunt in fide lá-
 pides vivi: de quibus dicit
 Petrus, Et vos tanquam
 lapides vivi coedificamini
 in